ut Concilium reuertatur Tridentum. ex quo arguendum minimè curæ esse S. S^tis Ces. Germanorum, eorum salutem pro nihilo apud eam haberi, præsertim cum M^ti eius Sacro nec curæ tantum effectum sit, ut si Concilium redeat Tridentum, ij statim Tridentinæ Synodi decreta sint suscepturi, qui iampridem ab ecclesiæ obedientia discesserunt. Hic S. S^tas hoc primùm respondet nunqᵈ se præcisè negasse reditum Concilij Tridentum, modo id debitis modis fiat, illiqᵖ provinciæ sit utiliter, sineqᵖ scandalo aliarum provinciarum provideri possit, id quod sæpe a suis S^tis Legatis est affirmatum: sed ne facile hoc credat experientia superiorum annorum satis admoneatur q hac ratione adducta q salutarem Germaniæ populis ind. ictionem Concilij Tridentini futuram speraret, iam bis eodem in loco Concilium vocauit; bis. Legatos misit: quod satis ostenderet S^tem suam non minimè sed maximè curæ esse res Germanorum. Sed cum Legati eius S^tis in prima indictione septem menses integros expectassent aduentum Germanorum, et aliarum provinciarum episcopos quàm pauci venerint, nec quàm nulli potius, quis te melius nouit Orⁿe Orator? qui unà cum Ill^mo D. Granuela et Rᵈo D. Epo Atrebatensi tertius Orator Cæs. Mti

eò accessisti; cum Legati tum eo in loco adessent Ill^mi Cardinales Parisius, Mornus, et Polus, quorum patientiam in expectando ipse optimus testis esse potes: eò autem locupletius testimonium hanc in re præstitisti, et collegæ tui a Legatis ut eandem imitaremini, ut fuit nec unus nostrum maneret Tridentum, quia nostrum exemplum multos imitare facile posset, ut venirent; Vos ipsos executurus quod id minimè facere posse videbamini; et cum pauculos dies illic fuisse dum discessistis; secutum est postea eodem in loco matutiori tempori, ut est existimatum, indictum a S^mo D. N. Concilium, missis eodem Legatis Ill^mis de Mendoza, S^to Omer, et eodem Polo; cum tu D. Orator una cum Ill^mo D. Francisco Toledo Cæs. Mti Oratore iterum venisses. quanta verò, et qᵖ longa expectatio Legatorum fuerit, cum tu eorum patiens participem esses, nihil attinet apud te commemorare: sed meminisse potes quot menses frustra pene consumpti sint antequ principium Concilio dari potuerit: postea verò cum iam per Dei gratiam et sollicitudinem S^mi D. N. et suos Legatos Concilium inchoaretur, et iam præclaros progressus faceret multa præclara enim de fide, tum de morum reformatione decreta edidisset; omniaqᵖ abunde